



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Corpus Doctrinæ Christianæ

Melanchthon, Philipp

Lipsiæ, 1572

VD16 M 2890

III. An sit visibilis Ecclesia?

urn:nbn:de:hbz:466:1-36094

minantur in Ecclesia, tamen nequaquam sunt membra Ecclesie, nec viua nec mortua, sed proorsus existimandi sunt esse anathema, huc Paulus inquit: Si quis aliud Euangelium docet, anathema sit.

R E S P O N D E O. Igitur clare, quid sit Ecclesia, & qui homines sunt Ecclesia, & quomodo dicatur sancta. Nam dicamus de signis monstrantibus Ecclesiam, & quomodo sit visibilis.

S E C V N D A Q V A E S T I O.

Q V A E S V N T S I G N A M O N-
strantia Ecclesiam Dei?

R E S P O N D E O. Signa tria sunt monstrantia Ecclesiam, necessaria & uniuersalia, doctrinæ Euangeliæ incorrupta profissio vñ Sacramentorum conueniens diuinæ institutioni: & obcedientia debra ministerio Euangeliæ. De primo & secundo dicitur: Ques meæ vocem audirent. Item, Fundamentum aliud ponit non potest, præter il quod positum est, quod est Christus Iesus. Item, Vna fides, unum baptisma. Et de omnibus simul dicitur. 1. Cor. 1. Idem dicatis omnes, nec sine inter vos schismata, & sis in coagmentati eadem mente & eadem sententia. Item, Obœdite præpositis vestris. Hæc tria signa sunt necessaria. Sed aduersarii deducunt homines ad alia signa, ut delicer ad politiam humana autoritatem in Ecclesia constitutam. Dicunt signa esse Ecclesiæ, ordinem Episcoporum, Romani Episcopi primatum, & deinde successionem ordinariam Episcoporum, & similitudinem rituum, qui humana autoritate in Ecclesia instituti sunt. Hic brevis est responsio de Romano Episcopo & de alijs. Quantumcumq; amplificatur illa authoritas, tenenda fuit hæ regula: Fugite idola. Item. Si quis aliud Euangelium docet, anathema sit. Cum igitur manifestum sit, Romanum Episcopum & agmen Episcoporum ipsi adiutorium defendere idola, & iniustam crudelitatem exercere ad delendam veram doctrinam, necesse est ab eis dissentire, sicut necesse fuit dissentire & discedere à Iudaico pontifice & Leuiticis sacerdotibus, cum ramen notissimum esset, sacerdotium illud diuinitus institutum fuisse. Nec necessariam esse similitudinem rituum humanorum in vera Ecclesia, manifestum est ex illis dictis: Regnum Dei non est ecclesie potus, &c. Item, Nemo uos arguat in cibo & potu, &c.

T E R T I A Q V A E S T I O.

A N S I T V I S I B I L I S E C C L E S I A?

R E S P O N D E O. Veram Ecclesiam etiam in hac vita esse visibilem cœrum, sed non ut regnum pontificium. Erat visibilis cœrus in Iudæa audiens Zachariam & Simœonem, Maria, Elisabeth, Ioseph,

Anat.

Anna, & alij multi, etiam si dissenserunt à Pharisæis & Sadducæis, qui ordinariam autoritatem tenebant. Et quidem cum exerceant se uiti-
am impij pompeos in sanctos, manifestum est veram Ecclesiam cœ-
rum visibitem esse. Vult Deus agnoscere filium in genere humano, sicut
dicit: Hunc audite. Et vult ministerium Evangelij esse publicum & vi-
sibile, sicut dictum est: In omnem terram exiuit sonus eorum. Et Do-
minus de visibili Ecclesia loquitur, cum ait: Die Ecclesia. Nec singa-
mus Ecclesiam, qua sit idea Platonica, sed antea diximus, qua sit Ec-
clesia, & qui homines sint Ecclesia. Nec vult Deus doctrinam suam cl-
se arcana Eleusinia. Ac affirmamus nostros visibiles coeaus esse Eccle-
siam Dei, in qua multos uere sanctos esse scimus, qui habent testimoni-
a Spiritus sancti in confessione & supplicijs, etiam si multi sunt ad-
missi, qui sunt putrida membra, & in ipsis sanctis multæ sunt infir-
mitates.

C O N T R A vero affirmamus, Romanum Pontificem & eius satellites, non esse Ecclesiam Dei. cum manifestum sit, eos esse defensores idolorum, blasphemos & paricidas. Credimus etiam
quie hæc tempora fuisse multis sanctos recte sentientes, etiam si ali-
as vera Ecclesia est frequenter, alias minus frequens, vt inquit Pro-
pheta: Nisi Dominus reliqueret nobis semen, velut Sodoma essemus
facti. Item: Eriamini erit populus vt arena maris, tamen saltem reli-
quia salute eruant. Item Dominus inquit: Nisi abbreviati essent dies
illi, non fieret salua omnis caro. Et scripta extant multorum, quos
apparet fundamentum tenuisse, vt Ambroſij, Auguſtini, Proſperi,
Hugonis, Tauleri, Vueseli Gruningensis, Vuesalientis concionatoris
Moguntini, Hiltenij Isenacensis, & multorum aliorum, qui habebant
auditores, qui erant coetus visibiles, & audiebantur ac afficiebantur
supplicijs, vt Ioannes & Hieronymus Pragenses, & multi alij, etiam si
non erant coetus visibiles, vt pompa Pontificia, & erant disuncti ab
ordinaria potestate, vt nominant. Sed talis coetus est vera Ecclesia,
qualem describit Propheta: Reliqui mihi populum pauperem in
terra, inuocantem nomen Domini. Item: Dabo eis Doctorem, &
panem & aquam cum tribulatione. Est autem Ecclesia monarchia
quod ad caput Christum attinet, & Aristocracia, quod ad ministros
attinet, & auditores, vt honesta schola.

D I S C E R N A N T Y R autem peccata ignorantiae & blasphem-
ijs. Erat ignorantia in Apostolis & multis sanctis, donec
Christus resurrexit, de regno politico Messiae, & de proferenda pol-
itia Mosaiica. Hæc peccata remittebantur habentibus initia fi-
dei. Sed postquam lux Euangeli clarius sparsa est, sacerdotes & Pha-
risæi manifeste veritati contradicentes blasphemii fuerunt, & habue-
runt peccata quæ non remittebantur. Nam igitur manifestum fuit
discrimen vera Ecclesia & hostium Ecclesia Dei, de quibus dicitur:

Gg 4 V. 18

Vos ex patre Diabolo estis. Et 1. Cor. 10. Si quis non diligit Dominum Iesum, sit anathema, Maranatha, Malachia 1. Et habuit filiam Dei alieni, eradicabit Dominus virum, qui illa facit, & perdet magistrum & discipulum de tabernaculo Iacob. Iactent ergo nomen & exempla Ecclesiæ quantum volunt aduersarij, nos utraque consolatio constantissime confirmemur, & quod necesse sit agnitiæ veritati obdire, quia blasphemia non remittitur, & quod iam patefactio erroris ostendit discrimen inter membra ueræ Ecclesiæ & blasphemos, quos certum est non esse membra ueræ Ecclesiæ.

Q V A R T A Q V A E S T I O.

A N C R E D A N T F I R M I T E R E T S I N E D V -
bitatione, & doceant, quod sancta Romana & Catholica
Ecclesia mandat credi & præcipit?

R E S P O N D E O. Non recipio hunc articulum, quia sunt infidilia in uerbo Romani Ecclesiæ. Et si enim restrictio addita est, sancta Romana: tamen aduersarij intelligunt Romanam Ecclesiam agmen Pontificium. Ideo rejeienda est confusio Romanæ & Catholica Ecclesiæ. Nam pontificium agmen non est Catholica Ecclesia, nec Romana Ecclesia est uniuersi orbis Ecclesia, nec decretu Romanæ Ecclesie sunt uniuersalis Ecclesiæ decreta. Manifestum est Græcam Ecclesiam non prohibere sacerdotum conjugium, ut faciunt Romani Pontifices. Manifestum est Græcam Ecclesiam extra monasteria, quæ recentia sunt, ne nunc quidem habere priuatas missas. Manifestum est Græcam Ecclesiam ne nunc quidem habere circumgestationem & adorationem panis, qualem recens Pontifex Urbanus instituit. Decretum Romani Pontificis est: Romanum Pontificem habere summam uotitatem iure diuino in Ecclesijs & in regnis. Id decretum nonquam Asia & Græcia receperint. Est & infidiosa confusio in uerbis, quæ continent primum mentionem fidei, deinde præceptorum. Aliud emittit loqui de fide aliud de præceptis rituum humanorum. Affirmamus autem perspicue & sine ambiguitate, nos credere omnes articulos fidei comprehensos in Symbolis, Apostolico, Niceno & Athanasiano. Et extar de toto corpore doctrina confessio Ecclesiæ nostrarum, consentiens cum Catholica Ecclesia, uidelicet Symbolis & veteribus probatis scriptoribus. In hac uera doctrina uerum Deum invocamus, qui se patefecit missio filio Domino nostro Iesu Christo, crucifixo & resuscitato, & colimus eum ijs. cultibus quos ipse præcepit, iuxta dictum: In præceptis meis ambulate. Et abhorremus ab omnibus fanaticis opinionibus, quæ pugnant cum Symbolis, & euertunt politicum ordinem, quales sunt opiniones Monachorum & Anabaptistarum.

Fides